xitelis op⁹, ad hęc qualia nec ędilitas M. Scauri viderit, nec luxuriãtis Luculli cupiditas exquiſiuerit. Hic tu ſub vite Bithinica lectis purpureis aureq́; pictu ratis diſcũbes: tũ aſtabũt niliaci ſtructores, a cyatho Hylas vel Ganymedes: non deſiderabuntur gratię, non veneres, & Oſiridis muſæ: freqnter ſe offeret Apicius magiſter gulę nouis gannearũ cõdimẽtis faſtidientẽ ſtomachũ irritans: ſpumabunt cecuba gẽmeis poculis idẽtidẽ ſitim ab ĩgreſſu prohibẽtia. CÆS. Tot ac tanta cõmemoraſti bona, vt neſciã plane, an Iupiter quicq́; amplius habeat. SyL. Hæc tibi puta contigiſſe. CÆS. Si fortuna tuo dicto ſubſcriberet, auderẽ fęlicitate cum vnoquoq́; deorum certare SyL. Nunc Cęſar audi reliqua largius ex altero dolio Iouis hauſturus. Sic inter delitias voluptuanti triſtis affertur Laconica Scytala, hinc Syriã a Parthis vaſtari, illinc galliã rebellaſſe, atq́; Hiſpanos ab imperio deficiẽtes iniſſe ſocietatẽ cũ pęnis: alius ab Hannibale cęſas nuntiat legiones: alius a ponticis hoſtibus Aſiam voluptatũ fomitẽ trucidatis pſidijs & negociatoribus Romanis oppreſſam teneri. Iã claſſes ĩ Lybico mari tẽpeſtate ſubmerſę: q̃ multa lædoria liberę dicacitati deuorãda & ingrato decoquẽda ſtomacho